A

positus Nvenburgensis, Heinricus summus prepositus Mysnensis, Meinerus prefectus de Mysna, Albero bůrgravius de Lyznik, Hermannus de Lovdeburch, Vlricus de Pak, Heinricus marscalcus et Cunradus camerarius fratres et Heinricus iunior camerarius de Gnannenstein, Wiricus de Kyrchberch et alii quam plures. Acta vero hec sunt anno gratie M̊ C̊C X̊L I̊ pridie kalendas iulii, indictione quartadecima amen.

(SFR)

C

gravius de Liznik, Hermannus de Lǒdeburch, Ulricus de Pac, Heinricus marscalcus et Cunradus camerarius fratres, Heinricus iunior camerarius de Gnannenstein, Wiricus de Kirchberch et alii quam plures. Acta vero sunt hec anno gratie M̊ C̊C XLI̊, indictione XIIII, pridie kalendas iulii.

(SFR)

D

de Pac, Heinricus marscalcus et Conradus camerarius fratres et Heinricus iunior camerarius de Gnannenstein, Wiricus de Kirchberc et alii quam plures.

(SFR)

5.

Bischof Rudolf von Merseburg nebst Kapitel bestätigt die von Heinrich dem Erlauchten gemachte Schenkung der Parochie Bardau an das Hospital zu Grimma mit der Bedingung, daß der jedesmalige Hospitalvorsteher dem Archidiaconus zur Einweisung und Uebertragung der Seelsorge in der Parochie präsentirt werden und diesem die gewöhnlichen Gebühren entrichten solle.

Merseburg, 1242 Juli 15.

Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 378. Die wohlerhaltenen SS. des Bischofs und des Kapitels an Fäden von rother Seide.
Gedr.: Hasche Magazin 3,448 f.
Anm.: Vergl. Lorenz Grimma 1293. 1297.

Permissione divina R[odolfus] episcopus, H. prepositus totumque capitulum Mersburgensis ecclesie universis Christi fidelibus imperpetuum. Piis causis operam dari non | solum exhortatores verum et cooperatores solliciti et diligentes esse debemus ex nostre officio servitutis et maxime in eis, que circa nudos et infirmos | fiunt, in quibus Christus fatetur se pasci pariter et vestiri. Proinde illustrem principem Heinricum Misnensem et Orientalem marchionem non inmerito commendamus et factum | suum, quod fecit in collacione parrochie in Parde ad hospitale pauperum et infirmorum in Grimmis, gratum gerimus et acceptum, collacionem sive donacionem iam dictam sincero sibi concurrentes et occurrentes affectu concorditer confirmamus, ita tamen, ut quicumque pro tempore provisor